partē totiꝰ integri, in manꝰ seniorū, atq; rectorū coetꝰ Christiani postquibꝰ ro-
nem sedūm ordinationē suā in p̄missis factis tribꝰ ꝑpetuis dare, cedē. Vltro
sese offerūt, & suos succ̄ores ad faciēdū & absoluēdū implēdūq; obligat, one-
rat cupiēn, & hæc p̄ns sua ordinaō et constitutio p̄ut et prior robur et vim
firmitis ꝑpetuę obtineat.

Decretum int. Vniuersitatem Crac. et Consules Crac. occa-
sione census reemptionalis.

STEPHANVS Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithua-
niæ Russiæ, Prussiæ, Masoviæ Samogitiæ Livoniæ etc. Princeps Transilvaniæ.
Significamus præsentibus litteris nris quorum interest vniuersis et singulis
Vocatos fuisse ad nos et Iudicium nostrum litteris Citationis nræ Fama-
tos Proconsulem et Consules Ciuitatis nræ Cracoviensis ex eisdem officijs bonisq;
illorum omnibus, ad instantiam Reuerendi Rectoris totiusq; Vniuersitatis stu-
dij Cracoviensis iuxta et ad inscriptionem antecessorum ipsorum propriam ideo quia
ipsi Censum annuum viginti marcarum per Venerabilem olim Matthiam Mie-
chovita apud ipsos Sexingentis aureis Hungaricalibus emptum, per antece-
ssores ipsorum venditum et in pensa Ciuili vna cum domo pellionum assecu-
ratum et reformatum pro medicoq; ordinario per eundem Matthiam Mie-
chovita fundatum, soluere non tantum negligunt sed etiam temere recusant que-
madmodum eundem Censum viuente adhuc Egregio olim Fælici Sieprcio
Medico ordinario cui is census ex præscripto Priuilegij et obligationis ipsorum
præfatæ debebatur pro annis quinq; citra vel vltra moderno vero eius
successori Excellentissimo Martino Foxio ibidem Medico Academiæ Ordi-
nario per annos septem retinuerunt neq; toties moniti soluere volunt Facientes
præmissa in graui damnum præiudicium et detrimentum Vniuersitatis præfatæ
quod sibi contra ipsos æstimabat Census quidem retentos ad ducentas qua-
draginta marcas damna vero ex hac ipsorum negligentia et procrastina-
tione vsq; ad processum Iudiciarium qui ipsis necessario intentatur ad
Mille marcas pecuniæ communis. Itaq; ad videndum et audiendum præmissa omnia
ipsis latius deduci summam prædictam sexingentorum aureorum Vnga-
ricalium per ipsos ex præscripto obligationis ipsorum reponi debere decerni

95

Vel in locum tutiorem. unde promptiorem Censuum Solutionem Universitas habere poterit transferri et de ijs omnibus, eidem Universitati authoritate nostra Regia provideri. Quemadmodum ea in ipsis Cittationis litteris latius Continentur, Cum itaque in termino Judicij Relationum nostrarum propriarum ex Cittatione praefata et appellationi a Sententia Judicij Assessorum nostrorum interposita incidente Partes Actorea per Excellentissimum Martinum Foxium Medicinae Doctorem eiusdemque Universitatis in arte medica professorem, Cittata per Honoratum Joannem Gora Syndicum suum coram nobis comparuissent, Actoreaque pars post relationem eius Causae nobis factam, propositionem suam excittationi iudicialiter repeteret Privilegiumque obligationis antecessorum Consulum Crac. de accepta per eosdem sexingentorum aureorum Ungaricalium summa et censibus solvendis authentice produceret Censusque eiusmodi tam defuncto Falici Sieprcio quam moderno medico retentos solutionem decerni Cittatisque modernis Consulibus, quandoquidem ex Privilegij praescripto summa principalis in loco tutiori Constitui debet et apud Cittatos locus ideo tutus non esset quod census per tot annos non solverentur necessitatem restituendae summae principalis sexingentorum aureorum per Decretum nostrum imponi postularet Cittatorum plenipotente Census Sieprcio retentos, actores incompetenter repetere quandoquidem is testatus decesserit, et Executores testamenti bonorumque suorum reliquerit respondente Moderno vero medico quicquid retentum esset solutoros esse principalis suos promittente sicut Summae principalis restitutionem ex obligationis praescripto et natura reemptionalium Contractuum a se repeti non posse idque in arbitrio suo Constitutum esse asserente Nos cum Consiliarijs Lateri nostro assidentibus audita et examinita partium Controversia eoque Considerato, quod ex privilegio obligationis per actoriam partem producto constat Cittatos in vim reemptionis a Mathia Miechowita medicinae Doctore professoris medici in Academia Cracov. fundatore sexingentos aureos Ungaricales recepisse eoque nomine Censum quinque marcarum singulis quartualibus professori praefato solvendum stipulatos esse Ideo Sententia Assessorum Judicij

nri in toto approban[t] quod attinet census defuncto olim Felici Sieprcio re-
tentos hos propter mortem ipsius vel Exigentorum taciturnitatem Consulibus
asscribi et tribui iniquum esset Cum itaque is in Vniversitati vixerit decer-
nimus, vt Cittati census eiusmodi memorato Felici Sieprcio retentos Vni-
versitati ad manus Rectoris solvant et restituant Hoc idem quoque mo-
derno professori praestent eique quicquid per illos pro annis praeteritis retentum
est persolvant In posterum vero Census praefatos singulis temporibus in
obligationis privilegio specificatis sine mora solvere non negligant sub restitu-
tione summae principalis sexingentorum aureorum Hungaricalium quam in deffectu
non satisfactionis praemissorum vel postea intercedente aliqua Cittatorum ne-
gligentia Rectori Vniversitatis ab eisdem repetere et vbi voluerit pro
vtilitate Vniversitatis iuxta mentem et intentionem fundatorum Collocare
integrum erit Decreti nri praesentis vigore Pro Cuius debita finalique Exe-
quutione remittimus partes ad Iudicium Civile Cracov. in termino vlterio-
ris dici trium septimanarum peremptorio In Cuius rei fidem et testimonium
Sigillum nostrum praesentibus est appressum Datum Cracoviae feria quarta in Vigi-
lia Nativitatis Beatae Mariae Virginis Anno Domini Millesimo Quin-
gentesimo Octuagesimo Tercio Regni vero nostri Anno Octavo

Ioannis Zamoiski
R. P. Cancell.

Relatio
Illustris et Magnifici Ioannis de Za-
moscie R. P. Supremi Cancellarii Generalis
Exercituum Regni Cracoviensis Marge-
burgensis Knyszynensis Miedzyrzecensis Kr-
szoviensis Capitanei

Paulus Szczerbicz Secr. S. R. M.
Noth.